



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum**

**Heser, Georg**

**Monachii, 1657**

Ad tertiam horam. De multitudine reproborum, & paucitate salvandorum.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)



334 CONSIDERATIONES

II. Quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: *Matth. 12. v. 32. Luc. 12. v. 10.*

III. Qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc saeculo, neque in futuro, *Matth. 12. v. 32. Luc. 12. v. 10.* sed reus erit æterni delicti. *Marc. 3. v. 29.*

IV. Aut facite arborem bonam, & fructum ejus bonum: aut facite arborem malam, & fructum ejus malum: siquidem ex fructu arbor agnoscitur. *Matth. 12. v. 33.*

AD III. HORAM.

*De multitudine reproborum, & paucitate salvandorum.*

I. **I**trate per angustam portam: quia lata porta, & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem. *Matth. 7. v. 13.*

II. Et multi sunt, qui intrant per eam. *Matth. l. c.*

III. Quàm angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam! *Matth. 7. v. 14.*

IV. Et pauci sunt, qui inveniunt eam. *Matth. l. c.*

Epi-



*Epimetrum.*

Dixit IESUS: Contendite intrare per angustam portam: quia multi, dico vobis, quaerent intrare, & non poterunt. *Luca 13. vers. 24.*

AD IV. HORAM.

*De Domino & Servo, Discipulo  
& Magistro.*

I. **N**on est discipulus super magistrum. *Matth. 10. & 24. Luc. 6. & 40.*

II. Nec servus super Dominum suum. *Matth. 10. & 24.*

III. Sufficit discipulo, ut sit sicut Magister ejus. *Matth. 10. & 25.* Perfectus omnis erit, si sit sicut Magister ejus. *Luc. 6. & 40.*

IV. Et servo sufficit, ut sit sicut Dominus ejus. *Matth. 10. & 25.* Si patrem familias Beelzebub vocaverunt: quanto magis domesticos ejus? Ne ergo timueritis eos. *Matth. 10. & 25. & 26.*

AD V. HORAM.

*De Operto & Aperto.*

I. **N**ihil est opertum, quod non revelabitur; & occultum, quod non scietur. *Matth.*